

Pertanto concesse a' fedeli d'ambi i sessi, che in qualunque giorno d' ogni anno , a loro scelta, visitassero la chiesa di s. Michele di Murano, confessati e comunicati, pregando per la concordia de' principi cristiani, l'estirpazione dell'eresie e l'esaltazione di s. Chiesa, l' indulgenza plenaria con remissione de' peccati. Praeterea iisdem utriusque sexus christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui septem Altaria, quatenus sita sint in ecclesia praedicta s. Michaelis ordinarii arbitrio designanda duodecim vici bus quolibet anno pie visitaverint, ibidemque, ut praefertur, oraverint, uteam dem omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes consequantur, quas consequerentur si septem Altaria in basilica Principis Apostolorum de Alma Urbe Nostra, ad id expresse designata personaliter, et devote visitarent, apostolica auctoritate in Domino pariter indulgemus. Item de ejusdem apostolicae potestatis plenitudine omnibus et singulis christifidelibus supradictis vere quoque poenitentibus et confessis, sacraque communione refectis, qui eandem memoratam ecclesiam s. Michaelis Archangeli in tribus continuis anni diebus per venerabilem fratrem Patriarcham Venetiarum pro tempore existentem, designandis, singulis quoque annis, ut praemittitur visitaverint, ibidemque pro S. R. E. exaltatione, principum christianorum unione, infidelium conversione, haeresumque extirpatione, prout unicuique suggeret devotione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam spatio praefati tridui per unumquemque eorumdem semel tantum quotannis ad sui libitum similiter eligendo lucrificiendam omnium delictorum suorum veniam indulgentiamque impertimur. Ut autem iisdem christifidelibus colestium munerum hujusmodi facilius valeant esse particeps, presbyteris cuiusvis ordinis, sive institutis regularibus ecclesiae praefatae re-

gimen pro tempore habentibus, ac in coenobio ejusdem loci commorantibus, ad excipiendas ipsorum sacramentales confessiones alias approbatis, eosdem christifideles ab excommunicationis, suspensionis, et aliis ecclesiasticis sententiis, et censuris a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, seu inflictis, praeter infra exceptas, nec non ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus et delictis, quantumvis gravibus, et enormibus Nobis et apostolicae Sedis speciali licet forma reservatis, et quorum absolutio alias in concessione quantumvis ampla non intelligeretur concessa, in foro conscientiae tantum absolventi, et liberandi, ac insuper vota quaecumque etiam jurata, et apostolicae Sedis praefatae reservata (castitatis, religionis, et obligationis, quae a tertio acceptata fuerint, et in quibus agatur de praejudicio tertii semper exceptis, nec non poenalibus, quae praeservativa a peccato nuncupantur, nisi commutatio futura judicetur hujusmodi, ut non minus a peccato committendo refrænet, quam prior voti materia) in alia pia et salutaria opera, injunctis tamen eis, et eorum cuilibet in supradictis omnibus poenitentia salutari, aliisque eorumdem confessariorum arbitrio injungendis, commutandi facultatem auctoritate apostolica praedicta tenore praesentium tribuimus atque elargimur. Nondimeno dichiarò, non intendere di derogare alla bolla di Benedetto XIV, *Sacramentum Poenitentiae*. Nel seguente 1833, con applauso universale, aggregò al sagro collegio il patriarca di Venezia Jacopo Monico; ed a testimoniare la sua benevolenza verso l'incita città di Venezia, per tanti e sì grandi titoli insigne, donò alla basilica di s. Marco la Rosa d'oro benedetta, al modo già riferito in tale articolo, nel § V, n. 7 di questo, e altrove. Sono notissimi gli altri atti d'amorevolezza usati da Gregorio XVI con Venezia, i veneziani, e vari luoghi e persone delle provincie ve-